



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **V. P. Gasparis Družbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica**

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi  
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum  
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicacionem Pagina  
Indicabit

V. P. Gasparis Družbicki, Societatis Jesu, Tractatus De Negotiationis  
Spiritualis Industriis

**Družbicki, Kaspar**

**Ingolstadii, 1732**

**VD18 90066367**

Prooemium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45372**

## PROOEMIUM.

**Q**uoniam Tractatum presentem, homi-  
 nibus spirituali vita deditis, Negotia-  
 tioni Sacrae, & ad animarum lucra  
 pertinenti consecratis scribimus, ejusque ne-  
 gotiationis fructuosa ac cum Dominico lucro  
 peragenda Industriis tradimus; ideo supponi-  
 mus, eos, qui hoc lecturi sunt, atque in suam u-  
 sum traducturi, decursa jam primâ Spiritualis  
 vitæ viâ, ac veluti etate (quâ Purgativam  
 atq; Incipientium Magistri nostri vocaverunt)  
 in secundâ, quâ proficientium est, & Illumina-  
 tiva dici solet, occupari. In quâ vitâ poste-  
 riore, ne diu tempus & frustra terant, hasce illis  
 Industrias, tanquam subsidia atque compendia  
 submittimus; ut iis observatis non tantum se-  
 cure, non tantum citò, non tantum fructuose,  
 sed etiam feraciter, atque opulenter abundan-  
 terq; stadiun Virtutum decurrere, copiam me-  
 ritorum parare, perfectionem sibi propositam,  
 suôq; instituto convenientem assequi & here-  
 ditare valeant. Cognovimus namq; experi-  
 entia, plerosque candidatos ac studiosos perfe-  
 ctionis, etsi plurimos annos in studio ipso posue-  
 rint, etsi diligenter, quantum in ipsis erat, tum  
 libros spirituales, tum Magistros animarum  
 consuluerint, etsi nihil horum, quod legerant  
 didicerantque, omittere laboraverint, nequa-



quam tamen adoptata perfectionis possessionem, ad virtutum soliditatem, atque virtuosagendi facilitatem, quam speraverant, pervenisse. Nulla quidem alia de causa, quam defectu Methodi ac rationis, aut potius defectu & Ignorantia Industriadum practicarum, quibus unumquodque documentum perfectionis, ex Magistris haustum, in usum suum & in praxim deducere, ac illud sibi facile, familiare, innatumque reddere potuissent. Quia ignorantia si non laborasset, audeo affirmare, quod illi minore multo conatu & tempore, ad optatos perfectarum Virtutum amplexus fructusque sine dubio pervenissent. Ut enim in omnibus artibus atque scientiis, praecipue practicis & activis, observant earum periti, non tantum reperiri praeceptorum cognitionem atque etiam exercitationem; sed praeterea esse quasdam unicuique arti Industrias suas & exercendorum praeceptorum, conficiendorumque operum compendiosas praxes, quarum ignorantia unus artifex esto praeceptorum gnarus & diu in exercitatione versatus, opera artis suae (quae in Practicis sunt opus & finis atque perfectio) magna cum difficultate, magno sumptu, magno labore, magnis saepe cum erroribus atque periculis vix effingit: alius vero è contraria Industriadum gnarus, eadem praecepta & ejusdem artis opera, mira facilitate, dexteri-

tate,

tate,  
quitu  
pract  
cons  
in ea  
& do  
ciena  
dustr  
cilem  
tum  
effec  
obser  
bilen  
prac  
perf  
pue  
& p  
tura  
ea a  
tive  
dubi  
praj  
ordi



tate, compendio, celeritate, perfectione exequitur. Ita etiam in scientiâ spirituali (quam practicam esse magnâ saltem ex parte, satis constat) usu venire, nullum dubium est. Sunt in eâ opera quæ facere oportet, sunt præcepta & documenta, juxta quæ operum executio faciendâ est; sed insuper, sunt praxes atque industria, quarum ignoratio & neglectus, difficilem, laboriosam, longam, inefficacem reddit, tum præceptorum observationem, tum operum effectum: è contra, earum cognitio atque observatio, facilem, compendiosam, delectabilem & efficacem reddit omnem spirituales præceptionem, omnem operationem, omnem perfectionem. Quamvis autem hæc præcipue Illuminativæ viæ sectatoribus scribamus & proponamus; non solis tamen hæc servitura dicimus: quinimmo in decursu etiam ea afferemus, quæ tam Purgativæ quàm Unitivæ viæ affeclis, multum profutura, minimè dubitamus.

Atque jam hisce Industriis tradendis, in præsentem manum admoveamus, & ab Ordine ordimur.